



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vom Lobe des alten Sachsens, nun Westfalen genannt

Rolevinck, Werner

Köln, 1865

Capitulum 6. De ultimis bellis habitis contra Saxones. / Capitel 6. Von den letzten Kriegen gegen die Sachsen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9126

Capitulum VI.

De ultimis bellis habitis contra Saxones.

Wedekynus sicut omnium fortior ita et industrior videbatur, quo nusquam homo alter sub coelo tanta intulit Karolo mala. Videns se tutum non esse in provincia iterum ad Normannos confugit. Ceteri intra confines provinciae residentes cum vidissent, quod ita severe Karolus tantam multitudinem truncasset, et Saxones contra Saxones militarent, animum resumpserunt, et ultimas vires experiri cupientes motus novos iterum citra et ultra Weseram suscitarent. Sed non segniter Karolus his cognitis reditum paraverat, quin potius ipse Ostphalos aggressus, et filius eius Karolus, et nomine et mentis industria par genitori, Westphalos petivit, et cunctos sibi non acquiescentes cum substantia ipsorum grandi clade, ferro et igni vastarunt. Facta sunt haec anno DCCLXXXIII bello magno in territorio Lippiae in villa Detmolde nimis fervescente in campo plano montis Oyslinck iuxta Lemego quasi ad miliare.

Post haec iterum congregata sunt agmina Saxonum ad ripam Hasae, ubi hodie civitas Osnaburgensis sita est et inde ad oppidum Hassellunne. Duo maxima fuerunt haec bella, quae unquam gessit Karolus contra Saxones, et domino largiente victoriam nihil simile deinceps attemptarunt infideles contra milites Christi. Haec autem Wedekynus instruxerat, sed superatus cum suis ultra Weseram transfugit, et deficientibus viribus ac successibus non faventibus cessavit. Hoc anno domina Bertha regina, mater Karoli, obiit, quae erat filia Heraclii imperatoris Graecorum ac Romanorum.

Anno DCCLXXXIV quidam Saxo nomine Hastradus vel Haradradius bellum cupiens congregavit quos poterat et aliqua pars

6. Kapitel.

Von den letzten Kriegen gegen die Sachsen.

Widukind war vor allen tapfer und betriebsam, und kein anderer Mensch unter dem Himmel hat Karl soviel Leid angethan als er, und wenn er sich jetzt im Lande nicht sicher wußte, floh er wieder zu den Normannen. Als nun die übrigen, die sich bei den Grenznachbarn versteckt hielten, sahen, mit welcher Härte Karl eine solche Menge hatte enthaupten lassen, und daß Sachsen gegen Sachsen fochten, faßten sie neuen Troß und erregten mit Aufbietung ihrer äußersten Kräfte einen neuen Aufstand zu beiden Seiten der Weser. Kaum hatte Karl es erfahren, so zog er selbst gegen die Ostfalen, und sein Sohn, gleichen Namens und von gleichem Unternehmungsgeist, gegen die Westfalen, und sie vernichteten alle, die sich ihnen nicht mit Hab und Gut unterwarfen, durch Feuer und Schwert. Dies geschah im Jahre 783 in einer gewaltigen und gar heißen Schlacht bei dem Dorfe Detmold im Lippischen Lande, in einer Ebene des Berges Osning, etwa eine Meile von Lemgo.

Darauf versammelten sich nochmals die Truppen der Sachsen am Ufer der Hase, wo heutiges Tages die Stadt Osnabrück liegt, und dann bei dem Städtchen Haselünne. Diese zwei Schlachten waren die blutigsten, die Karl je gegen die Sachsen geschlagen, und da der Herr den Sieg verlieh, wagten die Ungläubigen nichts ähnliches mehr gegen die Streiter Christi. Anstifter war wieder Widukind gewesen, der jedoch besiegt mit den Seinen über die Weser floh und, da es ihm an Streitkräften fehlte und der Erfolg ihm nicht günstig gewesen war, sich ruhig verhielt. In demselben Jahre starb Karl's Mutter, die Königin Bertha, eine Tochter des Kaisers der Griechen und Römer, Heraclius.

Im Jahre 784 suchte ein kriegslustiger Sachse, Namens Hastrad oder Hartrad, möglichst viele Truppen zusammenzubringen und gewann

Frisonum cum eo, plus fatuitate [ductus quam strenuitate fulcitus. Sed rex a Novomagio transfretans venit in Saxoniam et applicuit iuxta locum, ubi Lippia fluit in Rhenum prope Wesaliam et transiens usque Luchidi, et bellum satis durum et saeva factio orta est, sed statim sedata quievit. Auctores vero clementer punivit, nullum occidere permittens eos, sed quosdam exoculari, quosdam exilio damnavit. Quaedam alia adhuc parva narrantur bella fuisse vel irruptiones super Lippiam et Weseram, quae similiter facilibus sopita congressibus fuerant.

Hoc anno hiemavit rex in Saxonia, proponens in ea stare, donec totaliter christianae religioni subderetur et faeculenta progenies perfidorum tolleretur. Erat haec hiems lugubris multum rebellibus, quod saepe fiebant de iussu regis expeditiones ad vastanda loca illa, ubi se continebant, et flammis ac cladibus, spoliis distractis, cuncta perierant, ut iam non esset spes resistendi. Hanc extremam severitatem cogebatur pius rex ministrare cum multo dolore cordis sui, propter nimiam pertinaciam ipsorum, qui nec Francis nec Saxonibus conversis pepercerunt. Interea, ut fertur, misit rex legatum Romae ad Leonem papam pro consilio habendo de rebellibus istis, quos nulla poterat diligentia ex toto compescere aut exterminare. Ast sanctus vir audita legatione nihil prorsus respondit, sed surgens ad hortulum ivit et zizania cum tribulis colligens supra patibulum, quod de virgulis fecerat, suspendit. Rediens autem legatus haec Karolo nuntiavit, qui mox ius vetitum instituit, quod usque in praesens veme vocatur. Videtur autem hoc nomen tractum a latino, et sicut quidam de more habent etiam Theutonici ut dicant we my, quando aliquid triste vel terribile vident vel audiunt, quasi vae mihi, sic hoc pragmatico et formidabili et peremptorio iure promulgato, illico responderunt, we m'i quasi animo consternati pro tam severa constitutione palam sancita. Verumtamen quod cessante causa cessare debuit etiam effectus,

auch einen Theil der Friesen, mehr von Blödsinn geleitet als tüchtig durch Tapferkeit. Da schiffte der König von Nimmwegen aufwärts, ging bei dem Zusammenflusse der Lippe und des Rheins nicht weit von Wesel an Land und rückte in Sachsen vor bis nach Luchidi, und es kam zu einem harten Treffen, worauf eine wilde Partei sich bildete, bald aber sich wieder ruhig verhielt. Karl bestrafte die Urheber gelinde und ließ keinen hinrichten, einige aber blenden, und einige schickte er in die Verbannung. Noch wird von einigen andern kleineren Treffen und Ueberfällen an Lippe und Weser erzählt, wo gleichfalls durch leichte Gefechte die Ruhe wieder hergestellt wurde.

In diesem Jahre überwinterte der König im Sachsenlande, weil er hier bleiben wollte, bis es sich vollständig zur christlichen Religion bekännte und der unreine Stamm der Ungläubigen ausgerottet wäre. Dieser Winter war für die Empörer verhängnißvoll, weil auf des Königs Befehl überallhin, wo sie sich aufhielten, Züge unternommen wurden, um alles mit Feuer und Schwert zu verheeren und auszuplündern, so daß ihnen keine Hoffnung des Widerstandes mehr blieb. Zu dieser äußersten Strenge sah sich der König zu seinem großen Leidwesen wegen ihrer übergroßen Hartnäckigkeit genöthigt, da sie weder der Franken noch der bekehrten Sachsen geschont hatten. Inzwischen schickte der König, wie es heißt, einen Gesandten nach Rom an den Papst Leo, um dessen Rath einzuholen über jene Empörer, die keine Anstrengung zu bändigen noch zu vernichten vermochte. Nachdem der heilige Mann die Gesandtschaft angehört, gab er keine Antwort, sondern ging in seinen Garten, riß Unkraut und Disteln aus und hing sie an einem Galgen auf, den er aus Ruthen gemacht hatte. Das meldete der heimgekehrte Gesandte dem Könige, der bald darauf das heimliche Gericht einführte, das bis auf den heutigen Tag die Behme genannt wird. Es scheint aber dieses Wort aus dem Lateinischen zu kommen, und wie noch jetzt manche Deutsche zu sagen pflegen „weh mir“, wenn sie etwas trauriges oder schreckliches sehen oder hören, so brachen auch bei Einführung dieses furchtbaren mörderischen Gerichtes die Leute in den Ausruf aus „wehe mir!“ bestürzt ob der erlassenen so strengen Verordnung. Weil aber nach dem Wegfall der Ursache auch die Wirkung wegfallen

ideo postquam patria purgata fuit, etiam rigor ille mitescuit et alia iura et plebiscita superaddita fuerunt, per quae communis populus regitur.

Capitulum VII.

De pace facta et conversione Wedekyui.

Anno domini septingentesimo octogesimo quinto ablatum est iugum paganorum a Saxonia et coepit populus vivere iuxta ritum christianorum, in brevi profecit valde austeriusque se instituit in ieiuniis et elemosinis dandis ac aliis operibus fidei, quam vicinae nationes, cuius vestigia quaedam adhuc permanent usque in praesens. Karolus autem hoc anno venit ad Padebornam, ubi synodo celebrata misit per totam Saxoniam pro viis aperiendis et pacificandis, et iter arripiens multa bona instituit et patriam legibus, structuris, privilegiis, ecclesiis, reliquiis ac aliis clenodiis decoravit, de quibus solennis relatio est usque hodie. Et quia prudentissimus erat et sui potens, animum vicit quasi iniuriarum omnium immemor, quas a Wedekyno acceperat, ac simul considerans pericula, quae possent iterum ebullire, temptavit pietate superare et beneficiis, quem armis vincere nequibat et minis. Veniens ergo in Bardewyck misit pro Wedekyno verbis pacificis et gratiosis, ut ad se veniret, sed ipse credere volebat, donec rex mitteret sibi obsides ad placitum suum eum salvo conductu et dextera securitatis, ut moris est principibus. Quod audiens rex illico misit quae expetiit, et sic venit assumpto secum Albione, ac iuxta dei voluntatem res prosperata crevit in grande bonum fidei et in confirmationem omnium, quae iam inchoata erant in provincia. Totus enim conatus regis ad hoc tendebat, ut eos ad fidem converteret,

musste, wurde auch diese Strenge, als das Land gesäubert war, gemildert, und andere Rechte und Gesetze wurden eingeführt, nach denen das gesammte Volk regiert wird.

7. Kapitel.

Vom Friedensschlusse und der Bekehrung Widukind's.

Im Jahre des Herrn 785 wurde das Joch der Heiden vom Sachsenlande genommen und das Volk begann nach christlicher Weise zu leben und nahm in Kurzem darin dermaßen zu, daß es in der Strenge des Fastens, im Almosengeben und anderen Werken des Glaubens die benachbarten Völker übertraf, wovon bis auf den heutigen Tag noch manche Spuren zu erkennen sind. Karl aber kam in diesem Jahre nach Paderborn, von wo er, nach einem abgehaltenen Send, Boten durch ganz Sachsenland schickte, um die Straßen öffnen und sichern zu lassen, dann durch das ganze Land zog, viel Gutes anordnete und die Provinz durch Gesetze, Bauten, Vorrechte, Kirchen, Reliquien und andern Kleinodien schmückte, von denen man noch heutiges Tages zu erzählen weiß. Und weil er sehr klug war und sich zu beherrschen wußte, überwand er seinen Groll, als dächte er nicht mehr alles Leides, das Widukind ihm zugesügt hatte, und in Rücksicht auf die Gefahren, die wieder eintreten konnten, suchte er durch Liebe und Wohlthaten den zu gewinnen, den er mit Waffen und Drohungen nicht hatte bewältigen können. Als er daher nach Bardewyl gekommen war, ließ er Widukind in friedfertigen und gnädigen Worten zu sich einladen; derselbe aber traute ihm nicht, wosfern der König ihm nicht Bürgen für ein freies Geleite und den Handschlag der Sicherheit schickte, wie es zwischen Fürsten üblich ist. Sobald Karl das gehört, erfüllte er diesen Wunsch, und darauf kam jener in Begleitung Albions, und nach dem Willen Gottes gedieh die Sache glücklich zum großen Nutzen des Glaubens und zur Befestigung alles dessen, was in der Provinz bereits begonnen war. Das ganze Streben des Königs war nemlich darauf